

(a) Mandement à Gaucher de Chastillon Conestable, touchant les Monoyes.

PHILIPPE IV.
dit le Bel,
à Vincennes,
le Samedi de-
vant la Mag-
delaine 20.
Juillet 1303.

S O M M A I R E S.

Il sera publié que le petit parisien nouvellement fait, sera pris sans contrainte pour un

double tournois, & non les anciens petits parisien & tournois, parce qu'ils sont de moindre valeur.

PHILIPPUS Dei gratiâ Francorum Rex dilecto & fideli nostro G. Comiti Portien. & Constabulario Franciæ salutem & dilectionem. Ex Regiæ ordinationis edicto, quod generaliter uniuersorum & singulorum tangit commodum fidelium subditorum, mandamus vobis quatenus in villis, & locis in quibus videritis expedire, proclamari, & ex parte nostrâ, injungi omnibus faciatis, quod Parisiensis parvus noviter factus pro uno duplici turonensi, ad omnes denariatas & mercaturas capiantur pacifice & ponantur, cum parvi, seu simplices turonenses & Parisienses, qui modo cudentur, tanti communiter sint valoris, sicut duplices parisienses & turonenses. Nul- lum tamen ad hoc compelli volumus invitum. Veteres autem Parisienses & turonenses parvos non intelligimus ad eundem & similem admitti valorem, cum sicut audivimus non tanti sint communiter ponderis, vel valoris, sicut novi qui modo cudentur, quandiu nostræ placuerit voluntati. Datum apud Vicennas sabbato ante festum beatæ Mariæ Magdalenæ, anno Domini millesimo trecentesimo tertio.

N O T E S.

(a) Ce Mandement est au Tresor des Chartes, Registre cotté au haut 35. au bas

10. fol. 36. picce 94. Il est aussi rapporté par Du Chesne dans ses preuves de l'histoire de la maison de Chastillon, sous la vie de Gaucher.

(a) Letres portant deffenses de transporter de l'Or & de l'Argent hors du Royaume, & d'envoyer en Flandres, ou d'en recevoir des letres missives.

PHILIPPE IV.
dit le Bel,
à Vincennes,
le Dimanche
après la Mag-
delaine 28.
Juillet 1303.

S O M M A I R E S.

(1) On ne doit laisser sortir aucune personne du Royaume sans l'express congé du Roy, à la reserve des Marchands, & de leurs facteurs. On arrestera toutes les letres ouvertes, ou clauses écrites à quelque personne que ce soit. On les surprendra aux ports & passages, soit qu'on les veuille faire passer hors du Royaume, ou qu'on veuille les y faire entrer. On envoira directement ces letres au Roy &

non à autres, sans les avoir decachetées & teñes auparavant. Et on mettra en la main du Roy les biens de ceux qui seront sortis sans congé, & ces biens seront confisquez à son profit.

(2) Si nonobstant ces deffenses quelqu'un sort du Royaume, fut-il Archevêque, ou Evêque, il sera reputé ennemy de l'Estat. Et ceux des Officiers preposés pour la garde des passages qui auront favorisé leur sortie, ou qui y auront connivé, seront declarez traîtres.

PHILIPPUS Dei gratiâ Francorum Rex Senescallis, Baillivis, Prepositis, ceterisque nostris, ac custodibus portuum, & passagiorum, finium regni nostri ubi libet deputatis, salutem. Turbamur non modicum, & movemur, quod cum olim pro

N O T E S.

(a) Ces letres sont au Tresor, Registre de Philippes le Bel, cotté au haut 36. au bas 12. picce 80. & dans les preuves de l'Eglise Gallicane, page 683.

PHILIPPE IV.
dit le Bel,
à Vincennes,
le Dimanche
après la Mag-
delaine 28.
Juillet 1303.

defensione necessariâ regni nostri, ad cuius impugnationem hostilis iniquitas conatus sue malignitatis exeret. Aliisque certis & legitimis causis inducti, constitutiones & inhibitiones, ne quis de fidelibus, vel subditis nostris, vel incolis regni nostri cuiuscumque conditionis seu status existeret, exiret limites regni ejusdem, vel in viâ se poneret exeundi, & de auro, argento, pecuniâ & aliis certis rebus non extrahendis de regno ipso, absque nostrâ licentiâ speciali, sub diversarum penarum objectione duximus promulgandas. Vobis ad conservationem constitutionum, & inhibitionum ipsarum, ex speciali consententiâ executoribus, ac portuum & passagiorum ac finium dicti regni custodibus deputatis, ex constitutionibus, & inhibitionibus hujusmodi nullus est hactenus sequutus effectus, cum per desidiam, negligentiam, & defectum quorundam ex vobis, ac fraudem & malitiam aliquorum, post editionem, contra tenorem & formam constitutionum ipsarum, persone nobis & regno suspecte ingressæ fuerint, ac de die in diem quedam propriis, & aliæ mutatis habitibus passim, & indifferenter, ingrediantur, & quidam egrediantur terminos dicti regni, & de ipso regno hujusmodi res prohibite absque nostrâ licentiâ extrahantur. Cum igitur presentis conditio temporis, regni status, & ingruentium exigat qualitas agendorum, ut constitutiones, & inhibitiones predictæ, solito strictius, & summius observentur, presertim cum Flandrensium rebellium predictorum abhorrenda rebellio, detestanda feritâ, ferina rabies, magis ac magis de die in diem invalescat & periculosa succrescat, adeo quod ipsi malu malis, & excessus excessibus cumulantes, ad subventionem & destructionem omnimodam, & finale excidium dicti regni, & Ecclesiarum, totis conatibus satagentes, nuper ad civitatem Morinensem, & alias villas diversas, & loca Morinensis, Attrebatensis & Tornacensis Diocesium, collectâ multitudine satellitum hostiliter accedentes, Beate Mariæ Morinensis & aliorum locorum predictorum Ecclesias ipsius Virginis, & aliorum sanctorum imagines existentes in eis, eorum reverentiâ penitus retrojecta, & divino amore postposito, nefandis ausibus, & temeritate sacrilegâ, ignis incendio concremarunt, ac villas & loca predicta per cedis, depopulationis & devastationis voraginem, depositâ omni humanitatis mansuetudine, & horribili crudelitate totaliter destruxerunt. Nec Deo nec homini, nec persone, nec dignitati aliquatenus deserentes, nec sexui, nec etati parentes, & alios diversos, enormes & detestabiles commiserunt excessus, qui humanis sensibus horrorem ingerunt, & stuporem.

(1) Vobis & vestrum singulis, sub capitali & amissionis omnium bonorum pœnis, summiter injungimus, & districte precipiendo mandamus, quatenus ad conservationem constitutionum & inhibitionum, solito diligentius, & efficacius intendentes, provideatis, attentius, ne persona quecumque Ecclesiastica, vel secularis, cuiuscumque dignitatis, ordinis, status, vel conditionis existat, etiam si Archiepiscopus, Episcopus ve existat, proprio, vel mutato habitu, (mercatoribus & nunciis mercatorum dumtaxat exceptis) exeat dictum regnum, ne ve litere aperte, vel clause quibuscumque personis transmissis, etiamsi ad aliquos de assensibus, consiliariis, vel familiaribus nostris hujusmodi forsitan litere, vel ab ipsis ad alios dirigantur, asserantur in regnum, vel extrahantur de ipso hujusmodi litere, aut aliæ res prohibite in constitutionibus, & inhibitionibus supradictis, nisi de egressu, missione, vel extractione predictis, Patentes literas nostras recipere contingat, omnes literas, quas ad manus vestras devenire contigerit, quibuscumque absque personarum acceptione directas, nobis & non aliis clausas & integras, sine apertione vel inspectione mittentes, bona omnia illorum, si quos forsitan exire contingeret, absque nostrâ licentiâ speciali, capientes ad manum nostram, & tamquam confiscata, nostris commodis applicantes.

(2) Ad præmissa omnia & singula diligenter & fideliter exequenda, sic indignationem nostram perpetuam, & corporum ac bonorum vestrorum pericula capitis, evitare totis viribus, totisque conatibus intendentes, cum nos proculdubio gravius offenderent non possitis, quam si in negligentia, vel defectu, dolo, fraude, vel malitia, vos, quod absit, contingeret inveniri. Nos enim non solum omnes illos cuiuscumque status, dignitatis, vel conditionis existerent, etiamsi Archiepiscopali, vel Episcopali dignitate fulgerent, qui nos & regnum in presentis necessitatis articulo deserendo, contra nostram
formam

formam prohibitionis exirent; sed & vos, si exiret, in casum negligentie, fraudis, malicie, vel defectus, nostros, & regni nostri reputaremus, non immerito, proditores.

Datum apud Vicennas Dominica post festum Magdalene, anno Domini millesimo trecentesimo tertio.

(a) Mandement au Senechal de Carcassone de faire executer les deffenses faites en 1302. de transporter hors du Royaume, le Bled, le Vin, & les autres choses necessaires à la vie, sans avoir égard aux permissions que le Roy pourroit accorder, qui seront sans effect, & de punir ceux qui y ont contrevenu, &c.

PHILIPPE IV.
dit le Bel,
à Vincennes,
le Dimanche
après le 3.
Aoust, ou la
feste de l'In-
vention de S.
Estienne
1303.

PHILIPPUS Dei gratiâ Francorum Rex Senescallo Carcassonenſi, Salutem. Ad nos pervenit quod multi contra generalem prohibitionem noſtram, de quibullibet victualibus, & rebus aliis de Regno noſtro non extrahendis, venientes, victualia in quantitate tantâ per veſtram Senefcalliam, & de eadem Senefcalliâ extrahunt, & adhuc de die in diem nituntur extrahere, ex quo in ipſa Senefcalliâ, que in victualibus habundare conſuevit, tanta hiis diebus viget victualium cariffiâ, quod ipſius Senefcallie populares inde recedere (b) & in remot. notis mediante coguntur. Quocirca vobis diſtictè precipiendo mandamus, quatenus in omnibus, & ſingulis Senefcallie veſtre locis, de quibus expedierit, generaliter inhiberi, ad clamorem publicum faciatis, ut nullus cujuſcumque conditionis, vel ſtatus exiſtat, auſu quocumque, blada, avenas, ſeu alia quecumque victualia de Regno noſtro, & precipuè de veſtrâ Senefcalliâ de cetero extrahere, & ad regna ducere aliena preſumat, etiamſi ſuper hoc gratias obtineant, quas ex nunc & ex cauſâ, tenore preſentium, revocamus. Contrarium autem facientes, & quos jam contra predictè prohibitionis noſtre tenorem id feciſſe vobis conſliterit, nec non per quorum culpam, negligentiam vel defectum, huiusmodi victualia, ſic extracta, penâ corporis (c) & averi graviter punientur, & cum hoc portus & paſſagia Senefcallie veſtre ſic diligenter, ſicque ſtictè cuſtodiri faciatis, quod circa id non poſſit quomodolibet fraus committi. Cumque nonnulli quibus gratiam feciſſe dicimur de certâ quantitate victualium de regno noſtro extrahendâ, per dictè Senefcallie veſtre portus & paſſagia, victualium quantitatem multò majorem, quam pretextu gratie ſuper hoc ſibi facte deberent extraxiſſe dicantur, Mandamus vobis quatenus ſub talium nominibus, in quibus & quantum ſibi factam gratiam exceſſerunt, & ſuper eorum circumſtantiis univerſis, vos diligentius informantes, informationem quam ſuper hoc feceritis, nobis quàm citiùs referatis, vel ſub ſigillo veſtro remittatis incluſam. Actum apud Vicennas Dominicâ poſt feſtum Inventionis beati Stephani, anno Domini millesimo trecentesimo tertio.

NOTES.

(a) Ce Mandement eſt au Treſor des Chartes Regiſtre de Philippes le Bel, cotté au haut 36. & au bas 12. piece 101. & au Regiſtre cotté 35. piece 103. Vide *Spicilegium* tome 8. & ibi *Chronicon Nicolai Trivetti*, pagina 703. Les leires du Samedi après la Touſſains 1302. cy-après, page 351. Les lettres du 6. Fevrier 1304. page 424. Celles du 8. Fevrier, & du 11. Avril ſuivant, de la meſ-

me année, & celles du 11. May 1322.

(b) *Et in remot. notis mediante.* Il faut ce ſemble, & in remotas terras migrare, &c.

(c) *Et averi.* Ce mot eſt frequent dans les Ordonances, & ſignifie les biens. Voyez cy-après l'Ordonance de Charles le Bel, du mois de Fevrier 1321. page 759. touchant les *Epiceries & les avoirs de poids*. Et ce que j'ay remarqué dans mon gloſſaire du Droit François ſur le mot *avers*.

